

APPROBATIO.

IN hac Dissertatione inscripta *De Natione
Tortorum Christi* ab Illustrissimo, ac Re-
verendissimo Domino D. Joseph-Maria Per-
rimezzi Episcopo Oppiden.composita: singu-
la attente, ac jucunde perlecta ex mandato
Reverendissimi Patris Sac. Palatii Apostolici
Magistri visa sunt mihi, nedum prudentiae,
ac pietatis officiis; sed ut solida, ac uberrima
eruditione referta: Quæ & virum deceant
gravis in scribendo judicii; & in refellendis
Criticorum argumentis, urbanitatis, ac
majestatis cultorem satis exhibeant: Eadem
ergo eruditorum utilitati, & oblectationi le-
gentium typis exponi opportune censeo. Ex
nostra Domo S. Laurentii in Lucina hac die
6. Octobris 1727.

*Cajetanus Corazza Cler. Reg. Minorum Vicarius
Generalis, in Collegio de Propaganda Fide
Theologiae Scholasticae Lector, Cleri Urbis Exa-
minator, & Supremæ Inquisitionis Qualifi-
cator.*